

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

LII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

372 EPISTOLARUM THEOLOGICARUM A. 1571.  
cissimi ob oculos semper versantur. DOMINUS conseruet eum, & vos etiam  
Ecclesiæ, Amén. Argentorato XVI. Calend. Jun. c<sup>o</sup> 10<sup>o</sup> LXXI.

Vester totus  
Johannes Pappus.

LII.

*Salutem in Christo.*

Iteras tuas postremas, Reverende & Clarissime Vir, Domine & frater charissime, clarissimus Vir, M. Florus, Studiogardia rediens mihi reddidit. Ex quibus intellexi, importunitatem M. Piscatoris vobis eam necessitatem impo-  
suisse, ut meum responsum non potueris expectare. Quemadmodum igitur  
gratulor vobis pacem, ita vicissim mihi ex animo dolet, nobis messem in herba  
adolescentis periisse, quem sperabamus columem & præsidium Scholæ &  
Ecclesiæ vestræ futurum. Atque utinam adhuc nos accedereret, si forte aliquid  
præstare, & juvenem errantem in viam revocare possemus. Sin aliter visum  
est DEO, cum illo pro justo suo judicio agere, & hoc ferendum erit. Cæterum  
literas tuas & Actionem cum ipso institutam civis Tübingensis mihi nondum  
exhibuit, nec ubi terrarum obambulet, scio. Fortassis brevi acceperus-  
sum. Omnidè autem optarim, quantum fieri potest, ut omnem actionem  
declinetis à vobis. Nescio enim, quid malū mihi præfigiat animus, ne  
forte Respublica & Ecclesia vestra perturbetur, quod unicè facere conatur Sa-  
tan. Nostram certe operam semper paratam habebitis, quod velim vobis esse  
persuasissimum. Cætera Dn. M. Florus, qui præter suam voluntatem diu-  
tius apud nos est detentus, vestræ Ecclesiæ animo semper præfens, quem hæc  
res etiam valde sollicitum reddidit, & de nostra voluntate testificari poterit.  
Bene & feliciter vale. Reverenter meo nomine Collegium vestrum quæso  
salutare velis. Iterum vale. Raptim Tübingæ, 19. Junii, 1571.

Tuus ex animo; ut semper, frater,

Jacobus Andreæ, D.

LIII.

S. Hodie dēmum, Reverende & Clarissime Vir, Domine & frater charissi-  
me, redditæ sunt mihi tuæ literæ, quibus adjuncta est descriptio Actionis:  
cum